ciuibus tm ut i cuiuslibz leuibus causis
ut sunt infra castra in marchia Primo casu

& pmo cau

aut tal pple vult face statutum ptinet ad
iurisdecisione sunt ad administracoez rerum
comunis ppli et valet ut C. de testa. l. fi. ubi
qsuetudo rusticorum id e suada qt pncepe
vel pplo cui illi rustici erant subiecti appba
ut facit ex de consti. c. cum accessisset et c.
cum ad. Sic loquat' dcam l. si quis exordinaria
sunt no indiget auctas supiorum et no valet
cum careat iurisdicoez. et face statuta e iurisdicto
i gne sumpta ut pz et diffinicoe no. j. de
iurisdic. o. iudi. l. i. et cum quis denegat' et
oia ea p quod puenitur ad illud ut l. oro j.
de spon. Si vo qr de hiis q ptinet ad sio'
bonorum administracoez ut de expendenda pe
cunia coi et possent fieri statuta nisi cent
decreta ambitiosa ut j. de decre. ab. or.
fa. l. i. et l. ambitiosa. 2o casu qn pple hz

& 2o cau

omez iurisdicoez pt face statutum no expect
tata supiorum auctte ut hic et insti. e. s. oms
et de pmt. cre di. l. anthiocensium. et q isto
casu no expectet' supiorum auctas patz exo
qsuetudis q induct' ex tacito qsensu ppli et
equipat' statuto in q qstat q no requirat'
supiorum auctas ut j. de legi. l. de quibus. et q
gnalitas istius l. debeat intelligi de pplo qui
heat iurisdicoez patz ex tex. insti. e. ti. ubi

no. q 3o ma. ad hoc an qs pplus potest
facere statuta

explicat de populo romano et auctoritate sua / ita
per istam l. et solet dici quod dedi libera licentia faciendi
statuta. Et ideo non requiritur alia superioris auctoritas
licet presides provinciarum in terris ecclesie faciunt ali-
d. 3° casu obseruari ¶ Tertio casu qui habet iurisdictionem
limitatam in terris in quibus habet administrationem
seu iurisdictionem possunt facere statuta in aliis non
sine superioris auctoritate per ea que s. dictum sunt ¶ 2° quo
q° utrum collegia possint facere statuta / videtur dicendum
quod collegia licita et approbata in terris in quibus
habent iurisdictionem et quo ad ea que ad ipsos collegia-
tos pertinent possunt facere statuta ut C. de iurisdic-
o. iudi. l. fi. Et quod ibi no. in glo. expressius
C. de consti. pecu. l. ii. in fi. et ibi no. ¶ 3°
q° quo utrum pars alicuius ciuitatis puta unum quarterium
possit facere statuta / videtur quod sic quia sit collegium
quoddam approbatum ut j. de leg. ii. l. si quis a filio
§. fi. et j. de sum. rei pub. l. ple. ibi no.
Bar. gl. et per hoc videtur casus j. ti. i. l. ii. §. deinde
cum esset. Sed cum iurisdictio non resideat in certa
parte ciuitatis sed in toto populo vel consilio quod populum
representat ut j. dicetur / et no. j. de iurisdic.
o. iudi. l. et quia. In hoc dico quod statuta ad causarum
decisiones non potest facere sine confirmatione totius
populi. Sed statuta pertinentia ad modum expediendi
ea que indiget ipsa pars seu quarterio possunt facere
ut s. dictum est / nec obstat §. deinde cum esset. Quia
fuit per quod illa plebiscita valent ex confirmatione
postea subsecuta ut ibi patet. Et ita intelligit
q° Ja. de Bel. ¶ 4° quo utrum iudices possunt
facere statuta. Et videtur quod sic ut j. quod quisque iuris
l. i. §. i. Et no. per glo. j. ti. ii. l. non ambigitur
C. de offi. prefec. preto. l. formam. Et patet in omnibus
eodem preto. ut dictum est s. l. proxima ¶ Item
videtur quod non possunt ut C. communia. episto. l. programma.
j. de decre. ab ordi. fa. l. ii. Distinguendum est
quia aut queris de maioribus iudicibus ut senatoribus
prefectis prefectis pretorio qui equiparantur regibus
qui sunt hodie per mundum ut plene solet dici per
Doc. j. de offi. prefec. preto. l. i. Et isti possunt facere
statuta et constitutiones ut s. l. proxima et dicta l.
non ambigitur et l. form. Idem potest dici de legato
apostolice sedis ut extra de off. lega. c. fi. Aut
queris de aliis qui non sunt in tanta dignitate. Et
tunc aut habent dignitatem perpetuam seu ad vitam
ut comites / marchiones / in eorum terris et episcopi
in eorum diocesibus et tunc possunt condere statuta
ut extra de ma. et obe. c. ii. / et de consti. c. ii.
li. vi. Et hoc vult dicere tex. in auth. de sta-
tu. liber. coll. §. i. ubi dicit statuta que ciuitates
consules vel quicumque alie persone intelligo de perdu-
rantibus habentibus iurisdictionem perpetuam non ad tempus
uero ut sicut princeps qui est dominus totius facit
legem uniuersalem. Ita isti qui sunt domini in parte
faciunt statuta in parte. Aut queris de iudicibus
habentibus iurisdictionem temporalem ut potestates et recto-
res terrarum communiter. Et tunc aut volunt facere
statuta seu constitutiones generales consilio et pro-
ceribus ciuitatis et possunt ut dicta l. i. §. i. quod
quisque iuris. Et ita ibi sentit glo. et l. ii. C.
de decre. ab ordi. fa. Et ita debet intelligi dictum
consto. de sta. gen. liber. coll. Aut volunt facere
ipse solus et non potest ut C. communia. episto. l.
programma. Sed bene potest facere ordinem sine lege
pro toto suo tempore spectantem ad exigentiam factorum
ut quod nullus extrahat frumentum de ciuitate
vel portet arma vel quod nullus vadat ad sala-
rium vel stipendium vel de nocte et similia ut
j. de offi. prefec. vi. l. fi. C. de nau. et bena.
l. i. li. xi. Et facit l. i. j. quod quisque iuris. Ex
his patet quod presides provinciarum missi a cardinali
non possunt facere statuta seu constitutiones sine consilio
prouinciali quia non sunt de maioribus iudicibus
sunt enim clarissimi ut no. j. de offi. pres. sup.
rubrica. Item habent iurisdictionem temporalem. Illi vero
quos appellamus maiores iudices sunt illustres
vel spectabiles ut no. j. de offi. prefec. preto.
sup. rubrica. Sed quid sentiatur ex consuetudine
vel speciali concessione pape ¶ Quinto quo utrum potestas
q° habeat arbitrium imponendi penam ubi non est
expressa a iure vel a statuto ut j. de effrac.
l. i. §. expilatores. Et no. j. de penis l. sanctio
legum. Sed cum ponitur in pri. sui regiminis hoc decla-
rare ut pro tali maleficio tanta pena imponatur
Vnde de cu. dubitatur quod sic cum tale statutum non va-
lebit ultra durante suo officio ut extra coll. de cleri.
coniu. in vesti. fere. c. i. Contrarium credo quia illa
declaratio quod potest recipere varietatem in tempore non po-
test in omnibus temporibus ut j. de leg. ii. l. cum pater §. a filia
sed hoc potest variari quia secundum varietatem personarum
temporum / et locorum / potest esse quod una pena impo-
natur maior vel minor ut l. prodimus j. de
incen. rui. nau. Et de penis l. respiciendum
q° §. et q. ro. cessat in dicta c. i. ¶ Sexto quero
utrum comunitatem faciunt statuta vel soliciti quod
qui fecit tale quid soluat xx. den. Si tale
statutum valeat. Ita quod dicta pena in mediate possit
exigi. Et quod videtur dicendum quod utrum comunitate
habent iurisdictionem in secularibus ut s. in constit.
§. illud no. Et in auth. hita. C. ne fili. pro pa.
¶ Item habent modicam coherctionem seu leuem ut j.
ad l. aquil. l. sed et si quemcumque §. fi. Et loca.
et condu. l. item queritur §. ite. vel. Aut ergo
utrum faciunt statuta pertinentia ad decisionem
causarum in quibus non habent iurisdictionem et non possunt
quia non sunt maiores iudices nec habent iurisdictionem
perpetuam et non possunt facere talia statuta nisi sunt
qui habeant iurisdictionem perpetuam ut s. dixi. Aut
faciunt statuta circa mores. Et hic aduerte
quia talia statuta hodie consueuerunt durare per
tres personas et quia prohibent vel precipiunt aliquid

fieri secundum bonos mores Et hec statuta valent
et eis debet obediri sicut preceptis patris ut ff.
de obsequ. liber. l. liberto in glo. que dicit quod imperii
sicut precepti ¶ Ergo sicut patri debet obediri ut
C. e. l. velut ita et imperio / 2a pars est que impo
penam contrafacienti Et tunc aut imponitur pena pro
iniuria ut quando imperii fractum per luxum et
non valet cum ob mores non debet fieri receptio
pecunie ut C. de rei. uxo. act. l. i. § taceat
Aut imponitur pena alterius cohercionis et
non valet an tempus ut C. depi. § cum tunc eveat
hoc debet facere suo arbitrio non excedendo modum
Eadem possem querere et dicere de statutis que pa
terfamilias facit in domo pro corrigendis moribus
qo filiorum et familiarum ¶ Septimo quero utrum
excommunicati et nunc dici posse facere statuta Et
dico quod non ut extra de immu. ecc. c. adversus §
contra nec secundum regulam lex sine impedimento cessante
sine nova confirmatione ut e. ti. c. i. et ar. ff. de le.
iij. l. i. § si filius et ff. de bo. pos. secundum
tab. l. qui ex libris § testo Sed credo de ba
nitis imperii ut p. coll. de sta. quam li. etc.
§ i. Quod enim non obediunt principi perdunt ea
que imperii erant sibi ut ff. de capi. dimi. l. amis
sione sed statuta sibi imperii erant ut hic 5o et
qo ¶ Octavo quero aliter puniantur illi qui faciunt sta
tuta cum non habeant potestatem Credo quod si faciunt
dolo malo cum crimine lese maiestatis incidunt in
l. iul. maiestatis ut ff. ad l. iul. ma. l. iij. §
qo 2o principaliter fi. ¶ Quero 2o principaliter qualiter statuta
fiant Et si quidem indirecte maiores vel dominus hoc
faciant consulendum est quod hoc faciant consilio sapientum
ut C. de legi. l. humanum sed si volunt pro hoc
facere proprio motu et hoc subditis divulgare
ut C. de legi. l. iij. Si vero statuta fiant a
populo talis est ordo quod convocetur totus populus seu
homines qui sunt de consilio populi qui representant
populum ut no. C. que sit lon. consue. super rubrica
Et hec convocatio fiat auctoritate potestatis vel alterius
magistratus solempniter hoc est sono tube vel pulsa
ta campana vel voce preconis ut C. de decu. l.
ij. in tercia glo. li. x. Et ff. de re. mil. l. aliud
§ refertur et ibi no. Et convocetur ad curiam vel
aliud locum publicum seu consuetum ut dicta l. ij.
et de legatis l. siquidem ex ordinario li. x.
Quibus sic coadunatis videatur utrum sint due
partes populi seu consilii que requiruntur ut C. de decu.
l. nominationum Et no. ff. quod cuiusque univ. no. l.
nulli nec sufficit vocatos esse nisi due partes
sint presentes ut C. de pdi. cu. l. fi. li. x. ibi
dicit nec ex tabella decreta recitari que dicunt
non sufficit sono tabelle vocatos esse nisi
venerint Et ita intelligit ibi odof. licet glo.
aliter exponat ut no. in dicta l. aliud § refer
tur Quibus sic coadunatis debet fieri proposita

per unum aliquem de duobus modis quia potest fieri generaliter
quid placet vobis super tali facto statuere Et super
tali proposita cenitur consultationes Et iste modus colligitur
ff. ad Vell. l. ij. § i. Alius modus est quod fiat
proposita certa et limitata an placeat populo quod
sit talis lex vel statutum Et iste modus colli
gitur insti. e. § sed lex et § plebiscitum et insti.
ad l. aquil. § hoc in capite Quod quod pla
cuerit maiori parti illud erit firmum ut ff. ad
municip. l. quod si maior Et de re. mil. l. aliud
§ refertur Et ff. quod cuiusque univ. no. l. nulli et
dicta l. nominationum C. de decu. ¶ Sed hic quid
qui non hec distinguebant aut fit statutum per
legem Et sufficit consensus maioris partis ut dicta
l. Aut fit contra legem Et tunc oportet quod nullus dis
sentiat ut in aut. de defen. civi. § fi. ibi
nullo reluctante Contra Ita no. gl. C. que sit lon.
consue. l. consuetudinis in iiij. q. con. fine ipsius
Sed non placet quia in dicto § fi. est casus specialis
propterea verba de iure com. sed per statuta quis
alius ordo datur ¶ 2o quero dixi quod omnes voca qo
dos quid si una pars expulit aliam de civitate
distinguendo aut alia absunt de civitate volun
tarie et tunc remanet tota potestas in presentibus
ut ar. ff. de ti. et tute. da. ab his l. ubi
absunt et dicta l. nominationum C. de decu.
Si vero sunt expulsi Et tunc aut ad illos ex
pulsos competebat ius condendi statuta aut
non Si 2o casu verbi gratia quia non erant de con
silio et tunc non obstat illorum expulsorum ab
sentia quia illi qui remanserunt in civitate possunt fa
cere statuta ut ff. ti. i. l. ij. § deinde cum esset ubi
dicitur quod non est dubium quod ad partes remanentes
remansit potestas condende legis Aut ad expul
sos pertinebat sicut ad remanentes potestas con
dendi legem quia erant de consilio Et tunc aut sunt
expulsi ex iusta causa Et adhuc in remanentibus
remanet potestas condendi legem quia cum non obe
diant civitati sic perdant omnia iura civitatis
sic ut ff. de capi. dimi. l. amissione Et sic
perdunt ius condendi statuta quare potestas remanet
apud presentes Aut sunt expulsi sine iusta causa
per invidiam forte et tunc licet statuta facta
per remanentes fuerint forte quantum ad eos per l.
fideiussor ff. de f. ca. pdi. hi in preiudicium ex
pulsorum non possunt nec ex sua malignitate commodum
ut ff. de furtis l. itaque fullo ¶ 3o quero dixi qo
omnes vocandos ad unum locum quid si omnes de populo
consentiunt separatim in domo sua et hoc constat
per publicum instrumentum an valeat videtur quod sic ut
dicitur in consuetudine ff. de legi. l. de quibus Et
ff. comu. pdi. l. fi. Et de aqua plu. ar. summam
contrarium credo per duas regulas primam in hiis 1a
que pertinent ad plures ut universos requiritur sit
omnium consensus ut dicta l. ij. C. de decur. Ex
pressus ex de cler. c. in genesi / 2a regula 2a 2a

et in hiis in quibus consensus maioris partis preiu-
dicat minori etiam si perveniat ad plures ut sin-
gulos requiritur ut fiat simul ut ff. de pac. l. maio-
rem § fi. Secundo hec non perpetua quia non requi-
ritur quod fiat simul et nec obstat quod dicitur de con-
suetudine quia pluralitas actuum et cursus temporis
succedit loco talis coadunationis et nec obstat
l. fi. et l. si maior quia ibi loquitur in tot pluribus
ut singulis nec consensus partis alteri preiudicat.
q° Quarto queritur qualiter explorabitur talis
voluntas populi. Et videtur quod requiritur expressus
consensus verbis ut ff. de legi. l. de quibus. Et eo
in hoc differunt statuta a consuetudine quia unum
venit ex consensu expresso aliud ex consensu ta-
cito. Sed credo pro dicendo quod requiruntur verba
ex parte consulis interrogantis seu proponentis. Facientes
ex parte vero populi videntur non requiruntur verba
sed sufficiunt signa consensus sedendo quod proponitur
in contrario surgendo vel levando ut de sedendo sicut de
fabis albis ut in egregiis ar. ff. de ac. et obli. l.
consensu. Et per hoc specialiter inducitur ff. ad treb. l.
sed cum muto § si pupillo ibi vel interrogari nutu
possit annuere seu significare. Et Io. de ybellino
ff. ti. ii. l. i. in fi. glo. et l. de quibus. Et ita obser-
q° vatur de consuetudine. Quinto queritur an possit
aliquibus committi quod faciant statuta. Et videtur
non quia sicut testator non potest suam voluntatem
committere ut ff. de her. insti. l. illa institutio et
l. captatorias quia voluntas est lex particularis ut
in aut. de nup. § disponat coll. iiii. Et no.
C. de usur. pro emp. l. ii. Preterea hec specialiter
committitur. Secundo non potest demandari ut ff. de offi.
eius cui man. est iur. l. i. Contra quod possit
ut ff. ti. i. l. ii. § sed quia difficile. Cum dicit autem
iudices vel duos qui haberent autem hoc facere de
voluntate hoc delegando et non putant quia hoc eis ut
magistratibus est concessum ut ff. de offi. eius cui man.
est iur. l. i. Contra ipsos libet hoc committere et pro
ut ff. ti. i. l. ii. § exactis et § deinde quia diffi-
cile. Et apparet ratio diversitatis. Vel dicatur quod ratio est
quia ille cui committitur a populo dicitur ordinarius non
delegatus quia populus potest dare ordinariam iurisdictionem
ut ff. de iur. o. iudi. l. et quia si alii iu-
dices non dant ordinariam. Istud autem non potest de-
q° 3 prin(cipaliter) legari secundo et. Tertio queritur principaliter de quibus seu
super quibus possunt fieri statuta. Et siquidem sta-
tuta fiant super hiis que nullo iure disposita
sunt valent ut ff. ti. ii. l. de quibus. Si autem fiant
super hiis que disposita sunt a iure naturali vel gen-
tium non potest tollendo in totum sed in aliquo dero-
gando vel addendo sic ut l. [illegible] et quod
ibi no. et l. manumissiones. Sed [illegible] ff. de consti.
q° pri. l. i. Secundo uno potest queri an possit fieri sta-
tutum de hiis que disposita sunt a iure divino.
Et videtur quod non nec autem statuit. Et quod ius di-
vinum et videtur superfluum sicut cum debitor legat
creditori ut ff. de le. i. ~~[illegible]~~ si creditori
fuit ff. ad municip. l. i. in fi. Et C. de thesau.
l. i. li. x. Contra disponit aliter. Et hoc videtur non posse
ne minor tollat legem maiorem ut ff. de arbi.
l. nam magistratus. Et quod no. ff. de consti. pri.
l. i. Et C. si contra ius vel uti. publi. l. fi. Ego
vero quod sic quia ius civile propter vii. testes ad-
hiberi in testamento cum de iure divino in ore duorum
vel trium stat omne verbum ut extra de iudi. l.
novit. Et ff. de testi. l. ubi numerus. Item ius divinum
dicit non occides. Et tamen a iure civili in pluribus
casibus permittitur ut C. quando li. se. sine iudi. vi.
l. i. et ii. Et glo. simpliciter se expedit quod ius civile
non distinguit non tollit ius divinum ut dicitur
l. i. de consti. pri. Et C. si contra ius vel uti. pub.
l. fi. Dominus Cy. lanus C. de pe. impu. offe.
l. quotiens in iii. q. Cum prefate non loquitur unde
tu distingue. Contra ea que de iure divino sunt
statuta sunt mere spiritualia. Et super hiis nec
imperator nec populus potest condere legem ut extra de consti.
c. ecclesia sancte marie. Facit C. de epi. et cle. aut.
clericus in fi. et aut. statuimus. Contra sunt temporalia
et tunc aut de iure divino non est simpliciter sta-
tutum ut in illo precepto non occides nam alibi
permittitur ex causa ut dicitur qui occidit occidatur
et ex aliis causis et tunc ex causa potest permitti per
leges et statuta quod quis occidatur ut dicitur l. i.
et ii. C. quando li. sine iudi. vin. et ff. ad l. cor.
de sica. l. iii. in fi. Contra de iure divino est
simpliciter statutum. Et tunc aut eam legem excludit
peccatum et valet lex sive statutum ut patet in testo
ubi requiruntur vii. testes et ideo non sufficiunt
duo quia tunc lex presumit dolose et fraudulenter
fieri ut C. de testa. l. iubemus in fi. Et qui
testa. fa. pos. l. hac consultissima in fi. propter quam
violentam presumptionem iuri divino addit quod
dicitur in ore duorum vel trium etc. et ista eam exclu-
dit peccatum quia si vere est dolose et fraudulenter
factum est quod constat apud nos mera presumptio
non tenetur. Hec similiter sed in foro conscientie disputent
theologi. Contra eam legem vel statutum non excludit
peccatum et non valet lex vel statutum derogans
iuri divino. Exemplum de iure imperiali alienatio
rei dotalis non valet et nec confirmatur per
iuramentum ut C. de legi. l. non dubium. Singu-
lare est favor dotis. Item pactum factum a filia ne
succedat non valet nec confirmatur iuramento ratio quia
pactum est de futura successione ut C. de coll.
l. pactum et quod ibi no. Iste leges non valent
ratio quia [illegible] tales casus non excludunt peccatum cum [illegible]
casus non sit licitum deierare ut extra de iureiur.
c. cum contingat. Et de pac. c. ii. li. vi. Idem
de legibus que permittunt malefidei possessorem pre-
scribere que leges non valent quia non excludunt
peccatum extra de prescr. c. fi. Et ibi no. per Io. an.
Ex ista theorica apparet solutio plurium questionum primo
an valeat statutum quod exbanitus possit impune
occidi. Et certe sic quia contra a iure divino

non valent quod ad hoc
[illegible] fieri statutum
de hiis que disposita sunt
a iure divino

eo supradicto [illegible] prius solvitur

non statuit simpliciter ut s. domi e et deo l. i. et
ii. cum l. sine iudi. s(e)c(un)dum. pro hoc dicto quod e(st) contra
dictum legis sit contrarium quod ille qui non est obe
dient illi sub cuius imperio est habetur ut transfuga
et hostis et perdit iura sue civitatis ut l. amissione
ff. de capi. dimi. Sed transfuga et hostis potest ex
forma legis seu iuris sors comprimi ordi. ergo et
iste ex forma statuti dampnatur e ff. ad l. cor. de sic.
l. iii. Item alia dicit statutum quod qui per x. annos
debitum sibi non petierit cadat a iure suo / certe
statutum tale non valet quia nec lex imperialis
hoc dicens valet. Sed si statutum dicit quod q
tractus seu contractus fictitius presumatur tunc valet
quia talis non concludit penitus per ea que dicta sunt.
Item si statutum dicit quod minorum contractus non va
leat etiam si fuerit iuratus nisi interveniat
consensus duorum consanguineorum non valet.
Sed si statutum dicit quod si contractus aliter factus
fuerit presumatur minores dolo inducti tunc
valet statutum quia si dolus inesset non valeret
sed quia presumitur dolus per statutum potest iuramentum
tamen sine peccato contempni ut dicto c. contingat / et
de penis c. ii. et de iurament. c. licet / et in
eis no. Et sic ista videtur indictum. Et quodam
modo hoc videtur sentire Ia. de bel. in quadam
sua disputatione. Tertio nunc principaliter queritur utrum
super hiis que disposita sunt a iure civili possint
fieri statuta aliter statuendo videtur quod sic
ut ff. ti. ii. l. de quibus in fi. de pactis l. pacisci
contra l. non impossibile c. ti. In contrarium videtur
quod non ut C. de usur. l. eos videtur nec liceat. Item
hoc dicit quia lex resistit statuto prohibendo
ne fiat et tunc non valet statutum unde solo valet
statutum quod princeps permisit ut hic et s. dixi
secus ergo si prohibet ut dicta l. eos C. de usur.
Et C. de furtis aut. navigia Et de sacrosanc.
ecc. aut. cassa / Et contra de sur. aut. omnes
peregrini unde lex non resistit statuto. Contra
quedam glo. videtur dare talem doctrinam contra quod tale
ius potest renunciari per partem / et potest per statutum
contra non per partem et tunc nec per statutum. Ita
no. C. de secu. super xxx.ta li. pro. Similiter glo.
videntur dicere contrarium quod talis equiparatio partis
ad statutum non sit vera ut ff. de re. iur. l. nec
ex pretorio et l. neque pignus s. pratorum. Et
no. C. que sit lon. consue. l. ii. in glo. magna.
Et tangitur ff. ti. ii. l. de quibus pro quibus glo.
concordandis dic quod quando prohibendum est fieri per par
tem quia contra bonos mores et tunc prodit arg(umentum) quod
tunc nec per statutum et ita loquitur glo. de secu.
super xxx.ta ubi quia lex et statutum debent esse sancta
et honesta ut ff. l. proxima s. i. Et C. de leg.
l. leges sacratissime ff. ti. ii. l. iii. et iiii. di. c.
erit ergo si continet aliquid inhonestum non valet
contra exhibitum fieri per partem alia non puta pub.
utilitatis vel alicuius iuris subtilitatis exemplum in s. alio
tunc tale arg(umentum) non procedit. Ita loquitur alie glo.
ad que facit ff. ti. ii. l. de quibus in fi. Et ipsis casibus
non dicitur statutum contra legem licet disponat aliter quam lex
ut ff. de par. l. pacisci Et C. de par. l. pacta que contra
et quod ibi no. Predicta vera quando fit statutum de
hiis que ad ipsius iurisdictionem spectant. Secus si fiet
in casibus maioribus que sibi solus princeps reservavit
ut in venia etatis concedenda ut C. de hiis qui
ve. eta. impe. l. ii. Idem in arrogatione ut ff. de adop.
l. ii. et in similibus. Et tunc statutum non valet quia
non pertinet ad ipsius iurisdictionem per ea que dicta sunt s.
in prima q. Ita no. ex. de ma. et obe. c. ii. / x(ci)
di. c. catholica et ibi no. Et c. di. c. que mores.
Iuxta premissa queritur an valeat statutum factum a q°
civitate ne a sententiis eorum iudicum liceat appellare
videtur quod non quia solus princeps potest hoc facere ut ff. a
qui. appel. non lic. l. i. in fi. ergo ut iura dixi
In contrarium videtur causa ff. ti. i. l. ii. s. exacti. Ergo sic
dicere contra quod de iure civili s(ecundu)m quod non potest
appellari ad principem obmissis mediis ut ff. de
app. l. i. s. si quis in appell. Et tunc aut civitas que
fecit tale statutum habet iurisdictionem prime et 2a appellationis
et valet quia de hiis que ad eius iurisdictionem pertinent
ut dictum s. exacti. Contra habet solum iurisdictionem pre
appellationis et non secunde et non valet impediendo
enim primam appellationem impedit 2am per quam deveniretur
ad superiorem quod non licet ut dicitur ar. ff. de spon.
l. oro. Contra ullam iurisdictionem appellationis habet et idem
ut dictum l. i. a qui. appel. non li. Contra que de
iure canonico secundum quod potest appellari ad papam
obmissis mediis ut ex. de app. c. si duobus et
c. sollicitudine Et tunc tale statutum per im
pedit iurisdictionem superioris non valet ut ex. de
ma. et obe. c. ii. Quarto queritur utrum liceat facere q°
statuta super hiis que ab aliis statutis eiusdem civitatis
sunt disposita. Et hic est advertendum quia quando statu
tum precedens est simplex / quando derogatorium non
secunde / quando non derogatorium sed iuramento fir
matum / quando sunt duo statuta contraria eodem tempore
confirmata in eodem volumine reperta. De quolibet est
videndum. Cum primum quando precedit statutum sim ad 17
plex per sequens potest mutari videtur ut insti. e. s.
sed naturalia et s. ea no. In contrarium quod non posset
revocari videtur ff. de serv. ab ori. fa. l. quod sed
Distingue contra statutum stat in simplici dis
positione statuti contra tunc sit in contractu ut quando
primo cavetur per sequens potest statutum simpliciter re
vocari ut dictum s. ea no. Contra aut in revocando
requiretur superioris auctoritas ff. dicetur cum tertio
articulo / 2o casu non potest revocari in preiudicium
quasi contrahentis ut ff. quod cuiusque univ. l. iste corum
s. ex hiis ubi non potest revocari actor constitutus
per decretum prepositi inde sententia est contractus

no(ta) d(e)c(isio)nem ad hoc utrum liceat facere statuta super
hiis que ab aliis statutis eiusdem civitatis
sunt disposita et sunt contraria

qui resultat

no(ta) d(e)c(isio)nem ad hoc an super hiis que
disposita sunt a iure civili
possunt fieri statuta

Primo queritur pro qualiter [illegible] super ff. [illegible]

qui resultat ex litteris contestatione. Ita debet intelligi
l. quod semel et glo. ibi posita contrarium sentit in textu
alterius intellige vel contractus vel quasi qui ex de
creto vel statuto resultat. Et cum predicta subiun
qo
gunt quedam ad intelligentiam ipsorum statutorum tanget
que videntur ad habitandum in tali castro contrahat
in civitate, pretio quidam venerunt, unde civitas
vult renovare statutum et vult ne illi gaudeant
immunitate. Certe in preiudicium eorum qui nondum ve
nerunt potest, sed in preiudicium eorum qui iam venerunt non
potest quia iam dedit statutum transivit in contractum vel quasi
contractum do ut facias vel facio ut facias, id est concedo
tibi immunitatem ut venias. Si aliqui venerunt
ex verbis potest preferre et contractus. Et ideo non est
ex verbis per primum, sed antiquos venias sic ut ff. de con. ob
causam primum sed si permittas. Sic intelligo dictam l. quod semel
et quod ibi no. per glo. et per dy. Circa 2m, cum ad 2m
precedens statutum est derogatorium secundi vel ex
prohibet illud fieri vel dicit quod non possit contrarium sta
tui seu quod ipsum venire nisi certa forma, numquid
2m statutum contrarium simpliciter valeat vel cum contra
si revocatione contrariorum requiritur specialis revocatio
primi. Et videtur quod secundum simpliciter factum tollat primum
ar. ff. de min. tradi. l. omnes § licet. Preterea corpo
quod lex facta est sui virtute tollit precedentem contrariam
nec disputandum est de ea sed indicandum secundum eam
ut in. di. c. in istis. Et C. de emi. pat. l. ii. Preterea
videtur casus C. de legi. l. humanum ubi prohibet
imperator ne leges fiant nisi certa forma et tamen postea
plures leges sunt facte simpliciter nulla de ea
habita mentione et valent ut ibi no. Et de emen.
iusti. co. cum fine et hoc quidam tenent. Extra
quod requiratur specialis revocatio sicut in testibus
de le. i. l. si mihi et tibi § i legatis. Et de le.
iii. l. si quis in prin. testa. Preterea hoc patet in rescripto
impetrato contra legem quod non valet nisi dicat in
rescripto non obstante tali lege ut no. C. si contra
ius vel uti. pub. l. fi. Et C. de testa. aut. hoc
inter liberos, vel propter precedentem clausulam deroga
toriam positam in l. nec damnosa C. de pre. impera.
offe. per hoc dicunt aut. hoc inter liberos. Et glo.
in l. pacta novissima C. de pac. et hoc tenet aliquis.
Videtur quidam qui distinguunt aut statutum precedens
est derogatorium voluntatis et requiritur ex
pressa revocatio per iura 2o allata, aut est
derogatorium solemnitatis quia vult 2m non
valere nisi servata certa forma et tunc tollitur
per 2m statutum simplex ut dicta l. omnes § licet
et dicta l. humanum. Et hanc opinionem sequebatur olim et
audivi de pis. quem consonat opinio Ja. de are. quod
posuit in dicta l. si quis in prin. testa. et quod recitat
C. de testa. l. sancimus. Audivi dicentem Dy. cum
testium vero dicit quod requirat specialis revocatio
ex de re. in vi. c. quod semel li. vi. Sed dum quo
hunc articulum disputavit in hac civitate me
audiente et tenuit indistincte quod 2m statutum
non valeat nisi fiat expressa revocatio primi
per iura allata. Hoc etiam probat protestatio sequens
declarat animum in futuro decesse ut l. at si quis
§ plerique de reli. et de argu. . . l. qui
in aliena et l. fi. Sic ergo in 2o statuto deficit
animus et voluntas, ergo non est statutum. Non obstat
lex omnes § licet et distinctio predictorum quia intel
ligo quod ibi expresse permittit propter voluntatis
ut ibi no. at deficit voluntas. Non obstat quod
de ea non est disputandum quia verum est cum est lex
sed hic non est propter defectum voluntatis. Non obstat
lex humanum quia ibi imperator loquitur ex humanitate
non dicendo si aliter fiat non valeat. Et tunc semper
ut patet per ea que dixi § in rescripto. Ita dicit Dy.
que in hoc sequor. Circa 3m cum primum sta ad 3m
tutum est iuramento firmatum videtur quod per 2m non pos
sit tolli cum non possit veniri contra sacramentum ut
C. si adv. ven. aut. sacramenta et ex de iure
iur. c. cum contingat et c. ii. c. licet li. vi. Et
de pac. c. quamvis li. vi. Extra quod tollatur per
sequens, nam si iuro non contrahere matrimonium non serva
tur contraho non iuratum et per contra contraho non serva utroque
enim valet matrimonium ut ex de spon. duo. c. i.
in fi. Et de voto c. i. in fi. li. vi. Tu dic aut
tale statutum per quod primum tollitur requirit
superioris auctoritatem et tunc non potest tolli primum per
iura 3o allata, vel quia ille qui hoc intendit
auctoritate non vult de auctor. prestit. aut non
requiritur superioris auctoritas et potest revocari et
revocatur sicut primum per iura 2o allata. Iudex
enim suus non tibi tunc denegat auxilium no.
C. si adv. ven. l. i. Ius predictorum quod in revo
catione requiratur auctoritas superioris. Dic aut
tales populus qui potest statuta facere sine
superioris auctoritate. Et tunc eadem ratione potest revo
care per ea que dixi supra. Aut non potest statuere
sine superioris auctoritate. Et tunc aut vult statutum
primum tollere alterum statuendo aut vult simpliciter
tollere. Et ad ius commune redire, primo casu non potest
nisi interveniat eadem solemnitas in destructione
que intervenit in constitutione. 2o casu potest sine superioris
auctoritate ar. ff. de manu. te. l. ii. Et C. de testa.
l. hac consultissima § si quis aut ubi primum
testamentum tollitur per 2m nunquam legitime factum quod per
eum ad ius commune reditur quia sunt instituti venien
tes ab intestato alias secus per hoc videtur casus ex qo
de consti. c. cum accessissent. Sed an iuramentum
contineat vim verborum derogatoriorum. Ita quod
requiratur expressa revocatio. Jo. an. in illa que
questionem disputavit de eo qui iuravit non revo
care testamentum tenet quod sic. ar. ff. de le. ii. l. cum pa
§ filius meum et ff. de le. iii. l. eum qui §
codicillis. Sed istud videtur male dictum quia eadem ratione
videtur quod iuramentum debeat habere vim verborum derogatoriorum
exceptorum non innovare penitus quod est falsum ut
l. fi. C. de non nu. pe. Sed certe ibi sicut

I

ↄmissio fuit facta spe future innovationis Ita innovatio
que iam hic cessat. Item quid si utrumque inter-
veniat s. verba derogatoria et innovatio. Dice-
bat quidam quod non potest renovari ut sic innovatio ad
operetur quod non placet quia nemo potest sibi legem
imponere a qua non liceat discedere ut l. si quis
in prin. Et innovatio satis operatur quod ex tunc non
ita de facili ad revocationem procedit. Cir-
ca quintum quando sunt duo statuta in eodem volumine contraria
et eodem tempore confirmata Ista questio no. dy. in
de testa. tu. l. tutores et ey. C. de testa. tu.
l. ij. Et ibi recitat opi. Fmali. et opi. dy.
quod illud quod est ultimum in volumine libri et sic
in compositione prevaleat et tollat primum quia
tempus compositionis non confirmationis inspicitur ut dicta
l. tutores et dicta l. ij. C. de testa. inu. l. si cer-
tarum § fi. Et de iur. codicil. l. confirmatur §
similes. quod puto verum / nam totus codex fuit
eodem tempore confirmatus et tamen in eo sunt quedam leges
contrarie et ultime derogant primis Contraria veri
nisi per quandam distinctionem reduci possent ad
concordiam quia tunc utraque firmaretur ut in prima
constitutione C. § quibus ibi nisi aliqua sub divisione
admittentur / facit C. de offi. donac. l. i. cum si-
milibus. Sexto circa principale quos ligent sta-
tuta s. an ligent forenses an incolas / an cleri-
cos / an cives extra territorium existentes et similes
questiones De quibus vide per cy. C. de sum. trin.
l. i. Et que sit lon. consue. l. i. et ij. cum sim.
Hoc obmitto quia esset longa repetitio per se et
per doc. perfecte non tractatur / alia vice dicemus
Septimo circa principale a quo tempore statuta ligent
Ista questio potest intelligi duobus modis s. a quo
tempore ipsa statuta incipiant habere vigorem / 2°
an postquam vigorem assumpsit ligent tantum precedentia
vel solum sequentia. Circa primum videtur quod ligent post
duos menses ut in aut. ut fac. nove constit. coll.
v. Est quod a tempore scientie ut j. de decre. ab or. fa.
l. fi. Distinguendum aut loquimur de scientibus
et eos ligant statim ut dicta l. fi. aut de ig-
norantibus et tunc aut sunt statuta prohibitiva
afferentia aut afferentia solum commodum Primo
casu dicendum est inter leges que ligant post duos
menses / et leges municipales que ligant post
modicum tempus arbitrio iudicis Ita quod quis pos-
sit dici esse in supina ignorantia ut no. in dicta
l. fi. Et est casus extra de consti. c. ut animarum li.
vj. Secundo casu statuta statim suum operantur effectum
ar. C. de dona. l. penult. in fi. li. x. Simile
in legato quod acquiritur ignoranti quia continet
solum commodum Et aliud in hereditate ut j. man-
l. si hereditatem. Et ita sentiunt doc. Ex hiis
apparet quod ille qui recepit expulsum debet habere
primum statutum contra licet statutum ignora-
verit / quod intellige si cum recepit sciebat eum ex-

an preterita statuta susceptis vigorem an
an ligent solum sequentia vel et precedentia

bannitum / ad non vero sua opera receptus exbannitus
j. de acqui. re. do. l. si is qui § per si fumus //
2° queritur utrum postquam statutum assumpsit vigorem
ligent solum sequentia an etiam precedentia Ista questio
est dubia et valde utilis et cotidiana / Cy. ali-
quantulum tangit C. de legi. l. leges / Ja. bel. dis-
putavit de hoc et suam disputationem posuit
in aut. ut cum de app. cog. in prin. coll. viij. tamen
nimium obscure et nimis perfuse loquitur / Ideo
divido istam questionem in tres articulos. Numquid ex-
presse caveatur in statuto quod trahatur ad preterita /
Numquid expresse quod trahatur ad futura Numquid
nil dicatur. Circa primum videtur quod talis adiectio s. quod hec
ad locum in preteritis valeat ut C. de legi. l. leges
de transac. l. fi. / de pac. pig. l. fi. Ex quod non
valet de transac. l. cum. In aut. ut cum de app.
cog. in prin. Distinguendum aut agitur de preteritis decisis
seu finitis et ad preterita statutum nondum habet per
porrigi / confirmando ut C. de transac. l. fi. vel
infirmando vel aliter disponendo ad preterita non
porrigitur etiam si expresse caveatur ut C. de
transac. l. cum / de sacrosanc. ecc. l. penult. in fine
In aut. ut spon. lar. § fi. Et per ea que dicam j.
infra. Aut sunt negotia preterita pendentia Et tunc
aut sunt in iudicium deducta Et tunc aut pendent
per appellationem et ad ea non porrigitur etiam si ex-
presse caveatur ut in aut. ut cum de app. cog.
in prin. Aut pendent in iudicio et principali Et idem
ut in aut. in medio lit. non fi. sa. for. coll. viij.
Ibi enim loquitur non solum de respectu principis sed
singulis impedientibus ut c. ti. § illud Item
ubi loquitur de omni statuto speciali per quod inde
prohibetur aliter iudicare quam per leges generales
precedentes ut ibi patet Et hoc sentit glo. in dicto
ti. ut cum de app. cog. in prin. Et per hoc patet responsio
ad l. sancimus in fi. et l. fi. in fi. de sacrosanc. ecc.
Et de veteri iur. enu. l. ij. § penult. et fi. quia
verum est quod lex generalis potest hoc facere ut ad pre-
terita in iudicium deducta trahatur Sed per legem
specialem fieri non potest ut dicta aut. In medio lit.
Si enim imperator sanctissimus in quo omnis cessat sus-
picio ut j. ad l. iul. ambi. l. i. / non vult suas
sacras formas valere / multominus valebunt
statuta et reformationes civitatum quas cives
curiales et deliberationes omnium hominum fieri fa-
ciunt pro libito voluntatis Et hoc expresse cau-
tum intelligo s. quod ad preterita porrigatur etiam in
statuto per verba preteriti temporis est conceptum ut
C. de sacrosanc. ecc. l. definimus Et de quadri.
prescrip. l. bene a zenone § quia igitur Item preterita
questio quando dicuntur negotia preterita decisa seu finita
videlicet transactione / sententia / iuramento / solutione / que-
tatione / prescriptione / et similibus modis ut dicta l. cum
Et C. de sacrosanc. ecc. l. penult. in fi. In aut.
ut spon. lar. § fi. j. iudi. sol. l. cum quidem

B

B

Marginalia (left): dd 97 · qo 9a pal · qo. · 23 7m qo pal · qo a qo tempore statuta ligent · ista qo pt intelligi 2r · cu pm · cu pm
Marginalia (right): qo · p 00 · 200 · 1a qo dicit · 3a art · cu pm · dm

§. proinde. Et de in integrum. l. i. et ii. Et C. de transac.
l. transacta finita. Et per hoc dicebam pridie in questione
de facto dicebat statutum quod filie femine non succe-
dant et hoc locum habeat in preteritis et futuris. Dice-
bam quod si femina habuerint partem suam vel cum fratribus
dimiserat quod ad eas statutum non porrigitur. Sed
si ipse cum fratribus suis steterant et partem suam non
petierint tunc ad eas statutum bene porrigitur.

circa 2m — Circa 2m sicut in hoc exprimitur et ad futura tra-
hatur ad ea sola trahetur hoc enim est de natura legis
ut dicto l. leges C. de legi. Et in aut. de non impt
§. duo quod cum fine coll. iiii. extra de consti. c. fi.
Et in aut. de his que ab intestato §. fi. coll. ix.

circa 3m — Circa 3m quando nichil exprimitur dic quod in talibus
quibus et dixi quod ad preterita non trahatur etiam
si expresse sit cautum ad illa sine dubio similiter
statutum non trahitur etiam si expressum sit. In aliis
distinguebis quia aut statutum procedit declarando
quia aut annullando quia aut confirmando quia aut aliquid
de novo inducendo. Primo casu porrigitur ad preterita
ut C. de pac. l. fi. Et de transac. l. fi. Et in aut.
de filiis ante do. instru. na. §. i. coll. iii. ubi
hoc expresse habetur. 2o casu aut tum annulla-
tionis fuerit de preterito et porrigitur ad preterita
ut in aut. de alie. et em. §. cum igitur coll. viii.
Et de incest. nup. §. et hoc quidem coll. ii. Et
C. de incest. nup. l. penult. et fi. Aut tum annulla-
tionis per l. annullantem introducta est et non por-
rigitur ad preterita ut C. de testa. l. iubemus in fi.
de iur. fisc. l. fi. in fi. Et in aut. de non alie.
§. alienationis. 3o casu quando confirmando dicitur
quidam ut Ja. bel. quod tunc porrigitur ad preterita
per l. bene azenone §. quod igitur de quadri. pre-
scrip. Et in aut. de mona. §. omnibus. Sed
certe illud ideo quia dicte leges sunt plane per verba
preteriti temporis vel dicendum putarem ut dictum est
in primo membro. Nam cum dicit l. si quis ar-
gentum §. si maior j. de donat. que confirmat
partium medium donationis porrigi ad donationem
ante l. illam factam certe ratione. 4o casu quando lex
procedit inducendo seu statuendo de novo. Tunc
aut tale statutum pertinet ad litis ordinationem
quia aut ad eius decisionem. Primo casu statutum habet
locum in omnibus futuris litibus quamvis sit super
preteritis negotiis ut C. de iud. calump. l. ii. in prin.
et §. penult. de fide instru. l. contractus in fi. Item
C. l. leges C. de legi. et ibi. 2o casu
quando pertinet ad decisionem. Tunc aut loquitur de
litis quia aut in contractibus et aliis dispositionibus
sive in delictis tunc aut lex facit actum esse de-
lictum qui prius non erat. Et non porrigitur ad facta
preterita ut C. de testa. l. iubemus in fi. Et in aut.
de sanc. epi. §. fi. Quia aut lex sive statutum
penam iam impositam auget vel minuit. Et tunc
dic ut statim dicam. Sed in contractibus et aliis

dispositionibus distinguebis quia aut lex sive statu-
tum solennitatem seu formam inducit aut
exceptionem seu defensionem parit aut eam
tollit. Primo casu aut actus est ceptus sed non
perfectus. Et ad illud lex non porrigitur ut
C. de fide instru. l. contractus §. que tamen et
extra de elec. c. cum in cunctis §. quod sane. Quia aut actus
perfectus est quo ad formam sed pendet quo ad effectum.
Et ad illud lex nova non porrigitur ut dicto
l. iubemus in fi. de testa. et de iur. fisc. l.
fi. in fi. et de rei ux. act. l. i. in fi. Et C. de
legiti. here. l. lege xii. tab. in fi. Et in aut.
de non alie. §. alienationis. 2o casu quando inducit
exceptionem. Tunc aut exceptio causatur tempore contrac-
tus obligationis et statutum tale exceptionem
ad contractus preteritos non extendit ut in aut. de
duo. reis §. fi. Fallit in aut. de temp. non
solu. pe. super dote §. fi. quia ibi sed alia ratione exprimitur.
Quia aut exceptio causatur ex aliquo facto post
contractam obligationem. Tunc si illud tale factum per
statutum contingit porrigitur exceptio etiam ad
preteritam obligationem ut C. de usur. l. penult.
hoc etiam probatur C. de testi. l. testium non ubi
in quantitate solvenda tempore obligationis inspi-
citur sed qualiter ipsa solvenda probetur. Tunc dicitur ibi
quod si ipsa soluta fuit facta ante illam l. probatur secundum
tunc antiquum si post probatur secundum illam l. quamvis
sit ex veteri obligatione. 3o casu quando exceptionem
tollit et idem. Quia siquidem exceptio competit contra
ante statutum non tollitur. Quia aut competit postea
et tollitur per ea que dicam supra ar. j. de iur. fisc. l.
fiscus. Ex hiis patet solutio multe cotidiane — qo collatio
questionis pone aliquas dicit statutum quod viso
instrumento index capi faciat debitorem nec pos-
sit opponi contra instrumentum nisi exceptio quietationis
solutionis et falsitatis. Queritur an tale statutum locum
habeat in contractibus ante statutum confectis. Et certe in
quantum respicit litis ordinationem quod debitor ca-
piatur habebit locum in preteritis in quantum respicit deci-
sionem ex eo quod reo adimit exceptionem. Tunc
siquidem exceptio cepit competere post statutum illa
non adimitur alias secus ut ex predictis patet. Item — an qo confectis
alia. Dicit statutum quod possessor bonefidei prescribat
quinque annis. Queritur an possessio cepta ante factum statu-
tum prescribat. Et videtur casus quod sic ut in aut. hec
constitutio innovat constitutionem §. fi. coll. viii. Contrarium
dico tamen natura legis sit futuris dare formam
negotiis ut dictum est et quod ipse actus ex quo
debet oriri prescriptio scilicet cursus v. annorum tunc erat
per statutum ut dicto l. penult. de usur. de testi. l.
testium. Nec obstat aut. hec constitutio quia illud ideo
quia sic est actio. Item alia. Dicit statutum quod uxore — an confectis qo
mortua in matrimonio sine filiis vir lucretur
certam partem dotis. Queritur utrum hoc locum habeat
in dotibus ante statutum datis. Et certe in tale

q°

no. questionem disputatam

mus retinendi certam partem dotis spectat uiro ex isto fere s. morte uxoris si hoc contingit post statutum credo quod habeat locum statutum etiam in dotibus ante datis ex eo quod dictum fuit. ¶ Item pone questio quid in delictis. Et pro huius declaratione subiungo quandam questionem disputatam per dominum Ray. mat. que talis est. In feruore tempore orte discordie inter comune paduanum ex una parte occasione salis et comune venetiarum statuerunt domini paduani ut quicumque priuatus fuerit deprehensus salem vendere priuato capite puniatur. Cumque incidit in penam statuti et antequam accusaretur nouum statutum factum est quod primatus venditor salis puniatur pena xxx. librarum tantum, modo accusatur talis. Queritur an sit procedendum secundum formam prioris statuti an secundum formam posterioris. Et idem Ray. sic determinauit quod in isto delicto duo debemus considerare scilicet actum obligatorium et iste est actus preteritus, et actum liberatorium satisfaciendo obligationi et iste est actus futurus, modo si fiet statutum quod liceat vendere salem priuato vel certo modo vendere non porrigetur ad preteritum quia respicit actum obligatorium. Sed si fit statutum minorans penam respicit actum liberatorium sed talis actus est futurus. ergo statutum eum comprehendit quamuis procedat ex actu obligatorio precedenti ut C. de testi. l. testium. Et in aut. hec consti. in consti. s. fi. coll. viii. Ista sunt sua verba quibus videtur consonare glo. in l. leges et constitutiones C. de legi. Sed ista non videtur vera l. testium non facit quia fateor quod actus probationis qui sequitur post illam l. debet probari secundum formam illius l. sed ipsa contractus seu substantia eius quod debetur inspicitur secundum tempus obligationis ut ff. de uerb. obli. l. ... ff. de iure dot. l. rei et C. de censi. c. olim. Ita hoc videtur quod decapitatio debeat fieri secundum formam prime legis sed ipse modus decapitandi debet fieri secundum formam noui statuti si super hoc conditum esset. nec obstat aut. hec constitutio quia ibi id quod expresse cautum est ut predixi et ibi patet. Quid dicemus michi videtur quod hoc procedat ex solutione duarum legum que videntur sibi inuicem contradicere ut ff. si ex noxali ca. agatur l. pen. que dicit in penis tempus sententie debere inspici. Contra est ff. de penis l. i. que dicit quod tempus delicti. Et istud contrarium est valde difficile. Et glo. ibi soluit quod in pub. spectatur tempus sententie ut dicta l. pen. In priuatis tempus delicti ut dicta l. i. Ista solutio est contra per l. si quis decurio ff. de fals. ¶ In publicis criminibus non est locus nouationis ut ff. de edi. edic. l. quod sit fugitiuus s. nouatis. Et de uer. sig. l. hec stipulatio Et l. pen. si ex noxa. ca. aga. Galli ut Dy. dicunt quod illa l. pen. considerauit coherentiam et penam binorum, ad custodiam, quia alia sunt in hoc aliud in libro ut ff. de custo. re. l. ii.

q°

no. de ...

no. solu. q°

Sed in impositione pene inspicitur tempus delicti sed hoc non procedit quia dicta l. pen. respexit penam ut patet dum dicit supplicio verberibus vel ¶ simul. de cu. dicit ergo ad glo. quod lex pen. loquitur in priuatis tantum. Et l. i. in publicis, assignat rationem quia in priuatis non est limitata pena ut l. fi. ff. de priua. delic. sed in publicis sic. Istud non placet per l. iniuriarum ff. de iniur. ubi in priuatis inspicitur tempus delicti. Et in aut. ut iudi. sine quoque suffra. s. oportet igitur circa fi. tituli, ubi in publicis spectatur tempus sententie. Dicendum est ergo quod quando est pena ordinaria et propria delictorum. Et in ista semper inspicitur tempus delicti siue sit publicum siue priuatum ut l. i. de penis. Et dicta l. si quis decurio de fals. et dicta l. iniuriarum. Et quod no. in l. statu liber a retro in prin. ff. de iniur. Quandoque est adiectio pene que adicitur ex aliqua causa ut quia diminuitur ut l. quid ergo s. pena grauior et quod ibi no. ff. de his qui no. infa. Et in tali adiectione vel diminutione facienda inspicitur tempus sententie ut dicta l. pen. ff. si ex noxa. ca. aga. Et istud sentit ibi glo. in ult. solutione et dicta s. oportet ergo ut in aut. ut iudi. sine quoque suffra. In questione ergo proposita non primo statutum fuit factum in feruore orte discordie ut predicitur ex dicto eo fuit imposita pena grauior quam esset conueniens delicto scilicet pena decapitationis. Et in sequenti statuto est inspicitur quod uiget tempore sententie. Et hoc modo potest sustineri dicta determinatio Ray. Hoc etiam ipse tetigit in quadam ratione distinguendo ergo aut per statutum imponitur pena delinquenti aut iam imposita mitigatur. Primo casu aut statutum continet quod merite delicto et inspicitur tempus delicti aut continet penam grauiorem vel quod conueniat et inspicitur tempus sententie ut ex predictis patet. ¶ Secundo casu quando pena iam imposita mitigatur verbi gratia, dicit statutum quod bannitus liberetur soluendo tantum tunc istud porrigitur etiam ad bannitos anteriores tempore secundum quod est aliud statutum, ratio quia tali modo liberatione contingit post delictum commissum ut ex predictis patet. Sic intelligo quod no. per cy. in dicta l. leges.

q°

¶ Tertio nunc pone questio uersus ad quod tempus statuta ligent. Dicunt quidam usque ad annum quia tanto tempore consueuit durare officium potestatis qui ea mittit sunde ar. ff. de penis l. fi. Dy. dicit contrarium quod statuta sunt iuris ciuilis ut hec ergo perpetua ut insti. de iure. et temp. ac. Et hoc puto verum, causa est ex de offi. lega. c. fi. Verum tamen credo quod si statuta sint facta a populo tunc actio ex eis descendens est ciuilis et perpetua. ¶ Si vero sint facta a iudicibus de hoc potestate constitutis tunc dicere actiones penales ex eis descendentes esse temporales et annales ad similitudinem pretorum ut dicto ti. de iure et tep. ac. Et ff. de ac. et ob. l. in honorariis.

q°

¶ Ultimo queritur

